Cat. Inc. 13

2°

Forma Arboris Conſanguinitatis ſecundum Ius Canonicum et ciuile ſimul tam ex latere paterno: q̄ materno: et generis maſculini et feminini per reuerē dos patres: ac dominos. gofre. Hoſti. Ioh. de deo: Io. Andree Caldarinum de Bononia. pro ut uides: et ubi ſunt puncti ſupra eſt ſecundum canones: ubi uero ſunt infra eſt ſecundum leges.

IESVS

.iiii.
Abauus.
Abauia.
.iiii.

.iiii. .iii. .iiii.
Propatruus. Proauus. Proauunculus.
Proamita. Proauia. Promatertera.

.v. .iii. .v.

.iiii. .iii. .ii. .iii. .iiii.
Horum filius. Patruus magnus Auus. Auūculus magnus. Horū filius.
Et filia. Amita magna. Auia. Matertera magna. Ft filia.

.vi. .iiii. .ii. .iiii. .vi.

.iiii. .iiii. .ii. .i. .ii. .iii. .iiii.
Eorūdē nepos. Propior ſobrinus. Patruus. Pater. Auūculus. Propior ſobrinus. Eorūdē nepos.
et nepris. Propior ſobrina. Amita. Mater. Matertera. Propior ſobrina. et neptis.

.vii. .v. .iiii. .i. .iii. .v. .vii.

.iiii. .iii. .ii. .i. .i. .ii. .iii. .iiii.
Eorūdē pnepos Horū filius Frater patruelis Frater Soror Cōſobrinus Horū filius Eorūdē pnepos
et pneptis. et filia. Soror patruelis. .ii. .ii. Conſobrina. et filia. Proneptis.

.viii. .vi. .iiii. .iiii. .vi. .viii.

.iiii. .iii. .ii. .i. .ii. .iii. .iiii.
Eorūdē nepos. Horū filius. Fratris filius Filius. Sororis filius. Horū filius Eorūdē nepos
et neptis. et filia et filia. Filia. et filia. et filia. et neptis.

.vii. v. .i. .iiii. .v. .vii.

.iiii. .iii. .ii. .iii. .iiii.
Horum nepos. Fratris nepos. Nepos. Sororis nepos. Horū nepos.
et neptis et neptis. Neptis. et neptis et neptis.

.vi. .iiii. .ii. .iiii. .vi.

.iiii. .iii. .iiii.
Fratris pronepos. Pronepos. Sororis pronepos.
et pneptis. Proneptis. et proneptis.

.v. .iii. .v.

.iiii.
Abnepos.
Abneptis.
.iiii.

Euerendissimo in xp̄o patri
z domino dño Oliuerio La
rafo ep̄o Sabinēsi: ac sancte
romāe ecclesie p̄s br̄o cardinali nea
politão dignissiō iureconsultissiō: do
mino suo precipuo z benefactori sin
gularissimo Ludouicus bologninus
minimus inter alios. v. i. doctor z
eques se plurimū ac plurimū cōmen
dat. Cum mecuz ipse cogitarem
reuerendissime presul opusculuz nr̄z
circa arborem tm̄mō cōsanguinita-
tis z affinitatis cuz suis frequētib9
z necessarijs q̄ōibus nup edituz: ad
aliquē doctissimū z ꝓbatissimū vix
pro ei9 opis emēdatōe limaqz etca
stigatōe dirigere. Occurrit mihi in
primis reuerdissiā. d. v. vt illa vere
que prima z vnica lucerna ardēs lu
cet sup candelabruz domini vt dicit
ter. in. c. i. extra de reliq. z veneratī.
sancto. li. vj. z que iuris vera z p̄ia
lux: z sciētie caput est in dño. vt dicit
ter. in. §. hanc societatē de peni. dis.
iiij. z in. c. qui natus de peni. dis. pri
ma. z que est sal terre z lumē mundi
vt dicit ter. in. c. quoniā vetus. xxiiii
q. p̄ia. z legit Ml̄atthei. v. c. z que ēt
summor sacordotū cōsortio iā diu
z benemerito collocata est. vt dicit
ter. in. c. de bijs de conse. dis. vj. z q̄
firma columna est sacrosetē romāe
ecclesie vt dicit ter. in cleme. si quis
suadente extra de penis: z que cum
alijs reuerēdissimis dominis meis
do. cardinalibus Innocētio pontifi
ce maximo benemerito regnāte pon
dus diei z estus z p̄fate romāe eccle
sie gremiū regit z substinet. vt dicit
text. in. c. in noīe domini. xxiij. dis. z
z in. c. ecclesia in fine. xvj. q. i. z que
tandez vt breui cuncta sermōe com-
ponā: est lex ipa aiata in terris vt est
text. in. §. penul. in autent. de consul.
z est canōice legalisqz sapiētie pater
z ania. vt legitur. in. §. dubitatum in
auten. de incest. nupt. z p quaz īmēsa
eius sapiētia coopante reges regnāt
z leguz conditores iusta decernūt vt
habet Prouerbior. viii. z trāsump
tiue in epistola inter claras. C. de sūm
ma trini. z fide catho. Cui9. R. D.
A. innumerabiles laudes si nunc in
mediū afferre vellem ante diez clau
so cōponet vesper olimpo: nec mihi
si lingue centuz sint oraqz centū: fer
rea vox zc. minimā earū ptem attin
gere possem. eas igit vt luce meridia
na clariores in mediuz in p̄sentia nō
deducaz. sed ad eandez cū debita re
uerentia me cōuertens humiliter ro
go obsecroqz vt munusculuz hoc no
strum leto vultu ac solita humānitate
sua: sacris eius manibus cape digne
tur. pro signo vero fidelitatis nostre
seruitutisqz sincere erga eandez: z il
lud captato otio legere aliquādo ve
lit. In quo vbi me errasse: prout non
dubito reperiet immēsa sapiētia sua
id corrigat z emendet. homo enī suz
z inutilis vir vt legit Prouerbiorum
vi. c. Et qui si pedē in sepulchro ha
berē adhuc adiscere vellez. vt dicit
ter. in. l. apud iulianuz. ff. de fideicō.
liber. z maxime a tanto z tali domi
no' put est. R. d. v. que omia in scri
nio pectoris habet vt in. c. i. de cōsti
tut. lib. vi. z in. l. omniū. C. de testa.
Si qd vo bōi in eo reperiet: i inter
pretādis et declarādis: et vbi aliqn̄
visuz fuit' corrigendis dictis reuerē
dorū domīor meor eiusdē arboris
cōsanguinitatis et affinitatis cōmē
tatorū antiquor. s. Hoffre. Hostien.

Joh.de deo.Jo.an.de caldar.cõbo nonienſis id ſuꝑremo ac altiſſiõ deo omniuꝫ bonoꝝ largitori attribuat:a quo omne bonuꝫ ꝛ omne donũ ꝑfe/ctuꝫ vt a patre luminũ ꝓcedit.vt ha betur Jacobi epiſtola ꝓma.ꝛ quiꝫ luminat omnẽ hoiẽꝫ venientẽ in hũc mũdũ.vt habeť Joh.ꝓio.ꝛ trãſumptiue in.c.cuꝫ ex iniũcto extra de he reticis: ꝛ qui eſt auctor omniũ ſcientiarũ.vt in.c.legimus.xxxvij.diſ. et ꝓmo Regũ.ij.c.ꝛ Sapiẽtie.vij. et ꝙ tandeꝫ eſt ꝓncipiũ mediũ ꝛ finis cuiuſqꝫ rei.vt in.c.quoniã.x.diſ.

Rbor graduũ conſanguinitatis ſuꝑa poſita tã ꝑꝫ computationẽ iuris canonici vbi ſunt puncti ſuꝑius:q̃ꝫ ꝑm cõputationeꝫ iuris ciuilis vbi ſunt puncti inferius ꝑm reuerendos ꝑres antiquos cõmentatores eiuſdeꝫ arboris videlꝫ Hoffre.ꝛ Hoſti.necnõ cũ apparatu reuerendi dñi Joh.de deo ſacerdotis hyſpani digniſſimi ꝛ Jo. and.Calda.bononien.ſuꝑmi iuris i toto orbe terraꝝ monarce. ꝛ vltimo loco cuꝫ noua arboris cõſtructõne ꝛ forma ꝛ diuiſionib⁹ graduũ tam ex parte patris q̃ꝫ matris ꝑticulariter factis miro cuꝫ ordine vltra oẽs alios docentes:cumqꝫ additõibus nouis ꝑ clariſſimuꝫ vtriuſqꝫ iuris doctorẽ equitẽqꝫ digniſſimũ do.Ludouicuꝫ de bologninis de bononia Jn almo Bonõie ſtudio Anno domini Mcccclrrrir.felicit ĩcipit. Jnnoc. antiſtite maxĩo.viii.feliciter ꝝgnãte cui dij felices ꝑſtẽt ad vota ſucceſſus

Joanes de deo.

Ad honorem ſumme trinitatis ꝛ indiuidue vnitatis patris ꝛ filij et ſpiritus ſancti.ꝛ ad ſtabilitatem vniuerſalis eccleſie.ꝛ ad vtilitateꝫ audientiuꝫ incipit arboꝝ de cõſanguinitate ꝛ affinitate ꝑ compẽdiuꝫ ꝛ verſificatuꝫ ꝛ per iura probatuꝫ a magiſtro Joh.de deo ſacerdote hyſpano per xviij.regulas declaratũ cauſa breuitatis tam veraciter q̃ꝫ fideliter ſuꝑoperis impfectõne veniã poſtulante a doctoribus ꝛ ſcolaribus vniuerſis

Principio igiť noſtro ſit preſens virgo maria. Cuꝫ circa computationeꝫ arboris diuerſi diuerſa ſenſiſſent. q̃ quot ſunt capita tot ſunt ſentẽtie.ſicut habeť in ſentẽtia ſcĩ Pro ſperi de cõſe.diſ.iiij.c.ſicut in ſacramẽtis.l. itemꝫ ſi vnus.§.principaliter ff.de arbit.l.quia poterat in fine.ff. ad trebel.extra de conceſ.preben.c. quia diuerſitateꝫ. Ideoqꝫ ego magiſter Joh.de deo ſacerdos hyſpanuſ elegi de omnibus ſententijs que breuiora ꝛ potiora cognoni ꝛ cauſa breuitatis ꝑ verſus declarari. Teneas ergo taleꝫ moduꝫ lector ꝛ non errabis. Ponã primo verſus regulares ꝛ breuiter mentes eorũ. ꝛ poſtea exponã illos ꝛ cõcordantiaſ circa vnũquẽqꝫ verſuꝫ vt poſſis informare auditores tuos .vt.viij.q.i.c.oportꝫ.ꝛ xlvi.diſ.c.prio. Arbore cõſtructa primo vtraqꝫ regula ſtructa. Canonis aclegis poſt hec dubitabile tergis. Sic numero terno compleť lectio noſtra. Senſus verſuũ talis ẽ ſ.ꝙ prius debes ponere arboꝛẽ ꝛ poſtea inſtruere regulas canõicas ꝛ legales ꝛ poſtea rñdere obiectõnib⁹.

Forma ſic arboꝛẽ ꝑ nouũ formã di moduꝫ. Prio pone abauũ ꝛ da illi tres filios et vnuſquiſqꝫ eorum viuat vſqꝫ ad quartũ graduꝫ. ſecundo

loco pone p̄oauuꝫ ⁊ da illi tres filios. ſ. patruū magnuꝫ: auū: ⁊ auūculū magnuꝫ: collaterales veniūt vſq; ad quartuꝫ graduꝫ ⁊ medius venit vſq; ad tercium. Tercio loco pone auuꝫ ⁊ da illi tres filios: et duo collaterales veniunt vſqꝫ ad quartū gradum ⁊ medi⁹ venit vſqꝫ ad ſecundū gradum. Quarto loco pone patrem ⁊ da illi tres filios: et duo collateraleſ veniūt vſqꝫ ad quartuꝫ gradum medius venit vſqꝫ ad quintum: quia ſupius p̄diderat duos gradus et recuperat eos hic. q̄ ille quītus pōt contrahere cum ōibus de arbore exceptis aſcendentibus. vt inſtit. de nupt. §. inter has p̄ſonas. Sequit̄ ſecunda regula qua queritur quare arbor fuit inuenta. Reſpondet̄ vt oculata fide melius videat̄. Dec arbor ſilla ſic clarū ſed fecit illa. Segniuſ irritāt aios dimiſſa p̄ aures. q̄ꝫ q̄ ſūt oculis ſubiecta fidelibus. P̄roba bis hanc regulaꝫ inſtitu. de gradib. §. agnatōis. xxvij. q. i. c. nec aliqua. extra de donatio. c. apoſtolice in fi. xxxv. q. v. c. ad ſedeꝫ. Sequit̄ tercia regula qua querit̄ vtrū arbor ſit p̄petua ⁊ autētica. Et tu dicas q̄ ſic Arbor q̄ valeat ſit Alexāder tibi teſtis. Et nō caſſet̄ nec tempe nec lue peſtis. P̄robabis hanc regulam xxxv. q. v. c. ad ſedeꝫ. §. nam vt ipſi ⁊. c. ſeries in p̄incipio. ⁊. xxxv. q. iiij §. auctoritate. Sequit̄ quarta regula qua querit̄ quare remāet cellula vacua ī medio arboris. Et rñdeo q̄ eius rōe alie cellule nomia p̄p̄ria ſortiūtur: exceptis cellulis que p̄ genitiuū dicunt̄: quia nō potuit tenere tot diuerſa noīa. Arboris in medio vacuata q̄ꝫ cellula reſtat. Que cellulis alijs aſcripta noīa p̄eſtat. Illis exceptiſ que cōſtāt p̄ genitiuū. Que nō a trūco ſꝫ trāſduce dat gtm̄. Dec diuerſorū nequit vlluꝫ nomen habere. Cum non ſit modice varioꝝ tanta tenere. P̄robabis hanc regulā. xxxv. q. i. c. i. ⁊. ij. ⁊. c. p̄imo gradu xiij. q. ij. §. ecōtra adā Sequit̄ quinta regula qua dr̄ q̄ nullus pōt cōtrahere cū trūco. q̄ nullus diſtat ab eo vltra quartū gradū. q̄ oēs r̄ſpiciūt ad eius computatōem. ⁊ hec volunt dicere iſti verſus. Nullus cū trūco connubia iungere poſſit. Atꝫ graduꝫ q̄rtū nemo trāſcēder̄ poſſit. P̄roba bis hanc regulaꝫ. xxxv. q. v. c. ſeries argumēto ſumpto a vi lr̄e. Sequitur ſexta regula qua dicit̄ q̄ collaterales poſſunt ad inuicē cōtrahere. ſ. q̄n cōcurrūt in q̄nto gradu ſicut oliꝫ vltra ſeptimū gradū. xxxv. q. v. c. ad ſedeꝫ. ⁊. xxxv. q. i. c. cum igit̄. ⁊ hoc volunt dicere iſti verſus. Trāſuerſus poſſunt ſemp̄ connubia iungi. Dic tamē attendas q̄ non ſit regula mē dax. Non tū a trunco debꝫ hac vice iungi. Quando gradus quītus concurrit ſtipite iunct⁹. Tunc poterit iūgi vel ſe ſine crimīe fungi. P̄roba bis hanc regulaꝫ extra de teſtib. c. licet extra de cōſang. ⁊ affini. c. nō debꝫ. ⁊ eo. ti. c. vltio. Sequit̄ ſeptima regula qua dicit̄ q̄ truncus non tenet in arbore totam conſanguinitatem ſcilicet omnes auos ⁊ paternoſ ⁊ maternoſ ſūpto argumēto a ui litte re. xiii. q. ij. §. p̄imo. ⁊. §. ⁊ cōtra adā Nec genus ex omni trūcus tenet arbore parte. Nec fieri poſſit poterit ſe qualibet arte. P̄robabis hanc regulam per rationem que p̄o lege habetur p̄ima diſtincti. c. conſuetu

do.t.§.sequenti. t extra de fide in stru.c.inter dilectos versi. nam in si gillo ipso tc. xiij.qõe.ij.§.t contra Adam. Sequitur octaua regula qua dicit̃ qꝫ licꝫ in quinto grdu con trahatur hodie per.c.non debet de consangui.t affi. tamen adhuc sunt consanguinei.vt.xxxv.q.iii.c.i. t ta men non peccãt si cõtrahãt in quito quia ecclesia r̃mouere potuit ius po sitiuũ extra de consangui.t affi.d.c. non dꝫ extra de testib.c.licet ex qua dam. Et licꝫ expediat quinto con nubia iungi. Non tamen hij cessant quos linea sanguis angit. Proba bis hãc regulã.xxxv.q.ij.t.iij.t.ff. de capi.dimi.l.eas.quia ciuilis ratõ iura naturalia tollere non potest vt ibi.t institu.de adopti.§.sed hodie. t institu.de iure natu.gen.t ci.§.sed naturalia. Sequit̃ nona regula qua dicit̃ qꝫ abauꝰ t proauus t auus sunt bigami.naꝫ si non essent bigami non possent filij eorũ coniungi cum essent fratres.Quidaꝫ tamen dicunt cõtrariuꝫ.sed tamẽ illos sequor ego qui dicũt qꝫ sunt bigami cũ plures t maiores sint in eadeꝫ sn̄ia r̃m sententiaꝫ Augustini.xix.dis.c.in canõicis t.c.si romãoꝝ.t.xv.dis.c.sacrosctã vij.q.vij.c.cõueniẽtibus. Bigamus est abauus proauꝰ simul ac auus eiꝰ Ni noscas ista tua notio dat tibi peiꝰ Probabis hanc regulaꝫ.xxxv.q.iij c.i.t.ij. ar.a vi littere.t.xxxv.q.viij c.hec salubrit̃. Sequit̃ decia regula qua dr̃ qꝫ medietas arboris tantum legit̃ hodie quod ꝓbatõe non indiget.quia vna intellecta intelligit̃ reli qua cum sint cõnere extra de consti tutio.c.translato.ij.q.vi.c.ad roma noꝝ̃ i fine t cuꝫ sensu cõtrario ꝓba tur.xiij.q.i.c.scienduꝫ.t insti.de his qui sunt sui vel alie.iuris.t.ff.eo.l.i. ad fi.Unde versus. Pars tantũ me dia modo pingit̃ arboꝛe nota. Altera pictura cessat pro tempe tota.

Probabis hanc regulaꝫ per con suetudinem que sit tibi ꝓ iure vt.xv dis.c.ecclesiaruꝫ.t.c.in his. t.c.ca tholica.t.xii.dis.c.illa de cõsuetu. c.cum dilectus. Sequit̃ vndecima regula qua dicit̃ qꝫ gradus est q̃ dam habitudo idest computatio cõsentanea relata ad primũ parentes t cõputata ab vtroqꝫ latere:addendo personã persone. t sic ꝙ veraꝫ cõputationeꝫ errare nõ possumus nisi velimus postquã scimꝰ veruꝫ.xxxviii. dis.c.quãuis de conse.dis.ii.c.iii.tamen tenenduꝫ est qꝫ gradus non crescũt cõputãdo ab inferiori vsqꝫ ad superius ꝓ transuersales vsqꝫ ad lineã equaleꝫ dũ tñ incipiamꝰ cõputare a remotiori cõferendo ꝑsonas de quibus agit̃ ad primũ parentem. t hoc volunt dicere isti octo versus qui sequũtur quasi cõiuncti in qbus tres regule sunt cõnere. Est habitudo gradus vtriqꝫ relata parenti.Que nõ ꝑmittit normã disiũgerementi.Addito ꝑsonaꝫ ꝑsone fit gradus iste. Non ex transuerso trunci ratio tenet ista.Quito quisqꝫ gradu discedat ab anteriori. Ad rectũ filũ tot distat ab inferiori. Regula tunc tenet hec numeres si parte remota. Ast ecõtrario fiet cõfusio nota.

Probabis has tres regulas cõiunctim extra de consang.t affini.c. quod dilectio.xxxv.q.v.c.ad sedeꝫ t.c.porro.t.c.de parentela. t meliꝰ in nouella extra de cõsangui.t affin. c.vltimo. Sequit̃ decimaquinta

regulā qua dicit̄ q̄ ideo ponūtur legales cōputatōes p̄ punctos nigros inferius. quia leges sunt famule decretoꝝ. ⁊ canonice p̄ punctos rubeos superius ad designādaꝫ excellentiaꝫ iuris canōici respectu iuris ciuilis. quia quasi aurū respectu plumbi sunt canones respectu legumꝫ. lxxxvi. dis. c. duo sunt. Dant rubei pūcti ius canonicū supesse. Et puncti nigri dant ius ciuile subesse. Probabis hanc regulam. x. dis. c. i. ii. ⁊. iii. lxxxvi. dis. c. duo sunt extra de noui ope. nūcia. c. intellexim⁹. xxxiii. q. ii. c. inter. et. xxvii. q. ii. c. sunt qui dicunt. Sequit̄ decimasexta regula. qua docet̄ legalis computatio ad legales gradus inueniendos. Et dicit̄ q̄ tot sunt legales gradus quot sunt p̄sone excepto stipite quod verum est

Personas numera quot sunt tibi stipite dempto. Totq; gradus remanent legales iure memēto. Probabis hanc regulaꝫ. xxxv. q. v. c. ad sedem. xxxv. q. iii. c. i. Sequitur decimaseptima regula qua dicit̄ q̄ in linea descēdenti et ascēdēti cōcordāt iura canōica et ciuilia. q̄ vnaquecq; persona facit graduꝫ excepto stipite

Ex transuerso vero crescūt legales descēdendo p̄ lineā transuersalē quia vna sola p̄sona facit legalē. sed due p̄sone faciūt graduꝫ canōicuꝫ. s. p̄ lineā ascēdentē et descēdentem. Per rectū filuꝫ concordant vtraq; iura. Per transuersaleꝫ supant legalia plura. Probabis hāc regulā in canōe Alexandri. xxxv. q. v. c. ad sedem instit. de gradi. per totuꝫ.

Sequit̄ decimaoctaua regula qua querit̄ quare possit ꝓpatruus accipere filiā trunci que est sibi in quīto gradu et non pōt truncus filiaꝫ ꝓpatrui accipe q̄ est sibi in quarto gradu. Et est ratio. quia a ꝓpatruo descendendo p̄ lineā transuersalē vsq; ad lineā equalem respectu trunci nō crescūt gradus. hec hēs extra de cōsang. ⁊ affi. c. q̄ dilectio. Regula nō sequit̄ tua filia sit mihi nupta. Quod mea si tibi sit maneāt connubia tuta. Probabis hāc regulam extra de cōsan. ⁊ affi. c. q̄ dilectio. ⁊ hec sufficiāt causa breuitatis. Lre de mihi lector q̄ si teneas doctrinā meā nullo mō debes decipi. q̄ q̄cq̄d dixi tibi tot ꝓbāt sci prēs p̄ canōes tñ sup opis īpfectōe veniā postulo a scolaribꝰ ⁊ magistris. Joh. de deo.

Additio do. ludouici

Circa hunc vtileꝫ et quottidianū tractatuꝫ de gradibus cōsanguinitatis vt videt reuerēdus dominꝰ auctor Jo. de deo multū luculēter et substātialiter loquutꝰ ē ponēdo. xviii. regulas p̄incipales quas ꝓ facilioꝛi intelligētia carmibꝰ cōplexus est: et demū iuribus easdeꝫ cōprobauit. Quꝫ a iudicio meo multū trūcate. et p̄ cōse quēs obscure loquutꝰ est. iuxta illud Oratii in p̄incipio sui opis. breuis esse laboro obscurus fio etc. adeo q̄ Jo. an. cōbononiensis in arboꝛe sue cōsanguinitatis in p̄ia col. circa p̄incipiū cōmemoꝛans modū traditū p̄ p̄fatū reuerendū do. Jo. de deo dicebat q̄ liceꝫ videat̄ p̄ suas metricas regulas apire intellectū in hac materia tamē ꝓpter multitudineꝫ dictarū regularū et versuū obscuritatē aliquos notū ignotū: aliis ignotū ignotiꝰ reddidit. et sic dominus Johannes Andree multum acriter reꝓhendit eum Idcirco ex omnibus dictis per anti

quos cōmentatores ꝛ prefatos Jo. de deo ꝛ Job.an.elegi vltimo loco claras ꝛ indubitatas concluſiones. ꝛ in aliquibus vbi cum reuerētia mi nus bene ſenſerunt vltra omnes ſcri bentes in hoc tractatu:declarauī ad didi: ꝛ reſecaui: vbi opus eſſe mihi viſuꝫ fuit: ſubmittens tamē me iudi cio cuiuſ libet rectius ſentientis.

Primo igitur pro euidentia po nam diffinitionēꝫ conſanguinitatis. Et dico ꝙ eſt attinentia perſonaruꝫ ex eo prouenies.quia vna deſcēdit ab altera:vel ambe ab eadeꝫ. vel eſt vinculuꝫ perſonarū ab eodeꝫ ſtipite deſcēdentium carnali propagatione contractuꝫ etc. Hanc concluſionem elicio ex dictis omniū dictoruꝫ com mentatoruꝫ et maxime Jo.and.vbi ſupra proxime in prima col. vbi po nit etiaꝫ quare appellent cōſanguiēi dicens ꝙ quaſi ſanguīe iuncti a con et ſanguīe.quia de cōmuni ſanguine deſcendunt:adeo ꝙ ſiue coitus ſit li citus ſiue damnatus non poſſunt in uicem cōtrahere matrimoniū.c.per tuas extra de probati. et in.c.diſcre tionē.et in.c.penulti.extra de eo qui cogno.conſang.vxor.ſue His p miſſis ſequēdo nūc regulas reueren di.d.Job.ā deo hyſpani cū cui⁹ or dine inquātuꝫ potero adaptabo dcā alioruꝫ antiquorū et poſterioruꝫ do ctoruꝫ.Capio primā regulaꝫ quaꝫ ſi cut ipſe.d.auctor carminibus rede git idem ego faciā:licet iam alienus ſim a carminibus et ſimilibus: in q bus in primis annis ſatis mihi ali quādo complacui. Dicas igitur hoc modo in hac prima regula.

Arbore depicta ciuili legeqꝫ ſacra.
Poſt opus eſt dubijs tunc reſpōde

re paratis. Circa igitur arboris conſtructionē vt vides poſitus eſt p d.auctoreꝫ abauus in quarto gradu ſupra:et abnepos i quarto gradu in fra tam ꝓm computōeꝫ iuris ciuilis q̄ canonici. Et idem voluerūt predi cti alij domini cōmētatores qui om nes pari modo arborem predictam formarunt ſupra et infra et ex tranſ uerſo ,put videre potes ſupra in pri cipio. Aſt ego ſalua pace tantoꝝ patrū dico aliter et clarius et recti⁹ ꝓm expreſſam tacitamqꝫ iuriſ diſpo ſitioneꝫ arboreꝫ fore conſtituendam ſeu formandaꝫ ponendo ſupra trita uuꝫ vt veruꝫ ſtipiteꝫ vſqꝫ ad queꝫ de iure cōmuni protenditur nominatio graduū: ꝛ vſqꝫ ad queꝫ cōprehendū tur oēs pſone a iure cōi nomē hñtes ꝛ ab hoc tritauo tanq̄ꝫ a vero primi pio ꝛ fundamēto vſqꝫ ad quē noīati ſunt gradus incluſiue fundande ſūt et plātande arbores nre ꝛ ſtipes eaꝝ locādus ē. de quo ſtipite habes tex. cū gl.ſua not.i.d.c.fi.vbi p dños ca noni.ſcribē.in verbo remotio circa mediū.ꝛ glo.iūcto tex.i.d.c.qō dile ctio i prin.eo.ti.in verbo ſtipite que dixit ꝙ ſtipes appellat cōis parens a quo plures deſcēdūt.ſicut ꝓm glo ibidē yſaac fuit ſtipes Eſau ꝛ iacob

Et illud quod dico tibi in conſti tuēdis nouis arboribꝰ ſupra vſꝫ ad tritauū.idē dico ēt infra:vt i arboriſ cōſtructōe ex lateꝛ inferiori ponātur ꝛ enumerent ēt oēs deſcēdentes vſꝫ ad trinepotē: ꝛ ſic vſqꝫ ad ſextū gra duꝫ icluſiue.nā oēs dicti gradus ſex a lateꝛ ſupiori ꝛ inferiori habēt pro pria nomina a iure inuenta: ſed ab inde vltra non nec per rerū naturam vlterius nomina in gradibus inue-

niũtur. casus ẽ formalis dẽ biis om nibus in quo ego fundo seu planto arbores nostras nouas in hac ma teria in.c. prio gradu per totuz illuz tertum.xxxv.questiõe.v.circa finez Et idem videt fuisse de mente sacra tissimi impatoris in.§.sexto gradu institu.de gradi.et in.l.iurisconsultus §.primo.ii.iii.iiii.v.et.vj.gradu .ff. eo.titu.iuncto.§.septio gradu ead.l. vbi iurisiatores cõmemorãt patrem tritaui sine nomie.vt in versi.tritaui eniz patres etc. Idem etiaz et clari⁹ probat in.§.parentes in versi.vsqz ad tritauuz ,ppio vocabulo noiant vlteriores qui nõ habẽt spẽale nomẽ maiores appellant etc. et in ver.itez liberi vsqz ad trinepotem etc.in ea.l

Nec dicat mihi amice domini cõmentatores q cõstituerũt arborẽ suaz vsqz ad abauũ et abnepotem su pra et infra et ex trãsuerso vsque ad quartũ gradũ inclusiue cõsiderarũt tãtummõ prohibitõz mrimonij que est vsqz ad dictuz quartũ gradum in clusiue. vt in.c.non dz de cõsang.et affini.cuz simili. Quia rñdeo q hec cõsideratõ nõ cadit in latere supriori nec in latere inferiori in qbus neduz vsqz ad quartũ graduz sz indistincte et ĩ infinitũ ,phibent mrionia.vt est ter.in.§.iter has psonas institu.de nupt.et infra ẽt de hoc dicem⁹. Sz posito et nõ cõcesso q ẽt vsz ad quar tuz graduz supra et infra ĩclusiue nõ posset cõtrahi mrioniũ et ab inde vl tra sic:nõ debuit formari arbor illuc vsqz tantũmodo.naz nõ soluz in mri moniis sed ĩ plurib⁹ aliis necessariũ est noscere arborẽ:et vlteriores arbo ris gradus vltra abauũ et abnepotẽ et iter cõsanguineos vt puta in testi moio ,phibẽdo vel nõ iter eos. naz sunt suspecti vsqz ad.x.graduz Fm Jo.an.in.c.postrẽo extra de appell. et alios scribentes ibidẽ.et Specu. in tit.de teste.§.prio versi.sed nũqd etc. et Bald. in.l.si femina. ad tur pil. Similiter in cognoscẽdo vsqz ad quẽ gradũ quis nõ cõpellit testi ficari cõtra cõsanguineũ suũ de quo in.l.lege iulia.ff.de testib.z in.l.iuris consulto in prin.ff.de gradi. z.iiii.q iii.§.item in criminali versi. item.l. iulia etc. Similiter ad videndũ vsqz ad quez graduz quis prohibeat esse iudex in causa suoruz de quo in.l q iurisdictõi.ff.de iurisdi.om.iudi. z in.d.c.postremo de appel.z Bal. in.l.humãitatis.C.de excu.tuto. z quo ad successiões z tutelas deferẽ das. vt institu.de succe.ag.et de suc ces.cogna. z institit.de legit.agna.tu. z.ff.z.C.eo.tit.z in multis alijs ca sibus quos breuitatis causa obmit to. Ex qbus z pp quos non debuit nec potuit formari arbor vt sup̃ ita truncate z cũ ramis ita incisis adeo vt nõ possit parere nisi vnicuz fructũ Sed debuit poni et cõstitui vt ex ea vberimos fructus z q̃zplures perci pere possem⁹. Et hoc modo põt ap pellari arbor cõsanguinitatis. alias debuit baptizari arbor consanguini tatis quo ad matrimoniuz tantuz.et sic arbusculus et nõ arbor inter que longa est distantia: et primus parue vtilitatis et modici fructus est. Se cunda vero maxime vtilitatis est et erit. et ex qua multi viuere possunt et gaudere. Formanda ergo est ar bor cõsanguinitatis iudicio meo sic vt supra sexto gradu ponamus tri tauum et etiam infra trinepotem.

et postea successiue ponēr alios ascē dentes et descendentes inter hos et horuz gradus prout infra videre po teris in arboribus p me cōstitutis.

Similiter etiā vbi postea domini cōmentatores post abauum dabant tres filios ei.s.proauū ꝑpatruum et proauūculuz. Dico ego prio ponen duz esse tritauū et dandos esse ei tres filios videlz attauū atpatruuz atami taz.et sic pono tres ex linea paterna noiatos. Raz linea pr̄na et materna sepatiz ponēde sunt prout infra ego posui in arboribus p me cōstructis. in quibus clare et aperte hec omnia intelliges vbi posui lineas distictas et etiā tam ſm cōputationez iuris ci uilis q̄z canōici.que diuisio multum operaī. vt in.l.i.cū glo.sua.ff.de do li exceptio.et infra dicā in processu.

Preterea et secūdo principaliter circa cōstructionē eiusdē arboris vt vides reuerendus do.auctor et alii cōmentatores dicūt qꝫ debet consti tui ad instar scalarū et graduū earū vel locorū procliuiū. vt est tex.in.d.l iuriscōsultus in prīa col.ī.§.gradus vero etc.Que verba diligēter notan da sunt et nō sine mīsterio iuriscōsul tus introdurit similitudinē scalaruz circa gradus cōsanguinitatis. Sed iudicio meo arbor cōstructa p prefa tos doctores nō habet similitudinē aliquā scalax vmo est multū dissimi lis prout ex inspitōne eius apparet. Nam potius ad similitudinez sagit te bicipitis formata est. et etiā ī trāſ uersalibus formā a iure introductā nō habet prout ex ea patet.et iura di sponūt qꝫ tam supra q̄z infra et etiaz ex transuerso gradus fiant ad simili tudinez scalarū.d.l.iuriscōsultus in prima col. in ver.gradus vero dicti sunt ꝛc. et vno gradu intellecto intel liges etiaz sequentē. et ꝑpter hoc ñ sunt ponēde omēs psone in gradib9 quia longū esset et infinitū.vt patz in d.l.iuriscōsultus p totum.Ad saturi tatem tamē posui tot gradus vt faci le omnes alios habere possis. et po sui eos clarius et magis ſm dispos tōz iuris formādo arboreſ prout ex earū picturis videre poteris in loco suo. et hec sufficiāt quo ad hanc prī mā regulam.

Circa secundaz uero regulaz tra ditam per dictum auctorez dicas tu Arboris hec causa est. ut que sub nube legunt ante oculos pateāt uisa qꝫ clara forent. Hec est igit secūda regula qua queritī quare arbor fuit inuenta. Et rñdet ut ueritas melius ex facto oculata fide q̄z p aures aꝑ/ hendatur etc. et in hoc dñs auctor rctē loquut9 est. et hoc in termīs ꝑ bat in.§.agnatōis.insti.de gradib9 et in.c.ad sedez.et in.c.prīo gradu. xxxv.q.v. et idez cōprobāt etiā oēs alij cōmentatores marie Jo.and.in arbore sua in prīa col.circa prīn.ubi allegat text.in.c.apostolice extra de donat.in quo nō insisto. qz hoc non eget lōga disputatōe. et quod ptz ex pīse nō ē probare necesse.l.i.i fi.ff.ō act.emp.et i.c.certificari de reg.iur li.vi. et facit tex.in.l.i.in prīci.ff.de uen.inspi. ubi qñ dubitaī an mulier sit pgnās uel non subicit oculis pito ruz.et facit tex.in.c.ꝑposuisti extra de probat.ubi qñ dubitaī an mulier sit uirgo uel ne subicit etiā oculis. et in.c.fraternitatis.et ī.c.ex lr̄is extra de frigi.et malefi.ubi qñ dubiū ē an mulier sit arta uel aliter impedita

similiter subicit oculis. hinc dicim⁹ probatões que fit p oculoꝝ inspectiõné ꝑualere omni probatõi testiũ ꝯ do. Azo. in summa. C. ad. l. acquil. ⁊ Bal. in. l. cõtra negantẽ eo. ti. ⁊ bal. in rub. C. de proba. i ꝓia col. ⁊ bal. in. l. si quis testium. C. de testibus. in fi. ⁊ Bal. in. l. penul. ff. finiũ regũ. Bal. in. l. i. in fi. C. si aduer. liber. ⁊ Paul. de cas. in cõsilio. xxxiiij. incipiente de illo qui occidit bannitũ ⁊c ⁊ in consilio. xlix. incip. Si nõ appa ret in actis. ⁊ in consilio. clxxx. incipiente. visis allegatõibus ⁊c. cũ multis alijs q̃ in ꝑsentia obmitto ne exeamus messes nostras. ⁊ ideo nõ mireris si plures arbores oculata fide per te inspiciendas infra ego consiti tui tam ex latere patris q̃z ex latere matris. ⁊ tam ꝯm ius canonicuz q̃z ꝯm ius ciuile. Nam segnius irritant aim dimissa p aures. Quã q̃ sũt oculis subiecta fidelibus. Circa tertiã regulaz dicas hoc mõ. Arboris auctoritas magna est cui credere dignũ est. Pro ratione valet pro ratione tenet. Hec est ergo tercia regula qua queritur an arbor sit perpetua ⁊ autentica. Et concludit per. d. auctoreꝝ q̃ sic p tex. in. d. c. ad sedeꝝ ⁊ idem firmãt omẽs alij scribentes maxime Joh. an. in apparatu suo arboris in ꝓia col. in versi. ad secũduz dic ⁊c. pro quibus facit illud quod dicũt domini canõiste in. c. quod dilectio. ⁊ in. d. c. fi. de consang. ⁊ affi. maxime do. Abb. vbi remittũt se ad arboreꝝ cõsanguinitatis. ⁊ idẽ fecit Specu. in titu. de cõsangui. ⁊ affi. et scribẽtes in. c. postremo extra de appellat. ⁊ Albe. de rosa. in suo dictionario in verbo cõsanguineus. et do. meus Alex. de imo. post alios in. l. ii C. de succes. edic. ergo habent eam pro autentica. Circa quartaz regulam dicas tu q̃ in hac non est labor ãduz frustra. nam queritꝝ soluz quare remanet cellula vacua i medio arboris. et in hoc dicũt reuerẽdus do. auctor et Joh. an. ideo esse. quia alie cellule sortiuntur noia sua ꝓpria ab ista. et allegãt tex. in. c. i. et. ij. et in. c. primo gradu. xxxv. q. i. Sed in hoc iudicio meo ipsi non recte senti unt. naz nullibi probatur hec cellula vacua: nec ratio aliqua hoc suadz vt poni possit: imo magis cõmode cellula filij describit immediate absqz alio medio vacuo vel pleno sub cellula patris cum inter eos non sit dare mediuz. Et ideo dicit Bal. multum not. in. l. cum in adoptiuis in. iii. col. C. de adopt. q̃ pater et filiꝰ sunt copulati nexu diuino. et facit tex. in. §. ei qui instit. de inuti. stipu. et in. l. fi. C. de impube. et ali. substi. Nec etiã est verus q̃ alie cellule sortite fuerint nomen suũ ab illa cellula vacua imo sortite sunt noia ab ipso iure cõi. vt est casus in. d. c. primo gradu circa finẽ. et in. d. l. iuriscõsultus. §. parentes et supra etiaz dixi. vñ videri meo nõ expedit ponere istã cellulaz vacuaz in arbore cũ nõ sit alicuius effectus recte intuendo. et ita in arboribꝰ nostris eam vt superfluam obmitto vt videbis. Circa quintaz regulam dicas tu. Cũ primo nulli liceat se iũgere trunco. Huic omẽs cedunt non facit ille graduz. Hec est quĩta regula in qua cõcluditur q̃ nullus põt cõtrahere cũ trunco. quia nullus distat ab eo vltra quartũ graduz. et ita teneas. Ex quo infero q̃ si hodie

Adam viueret non posset cótrahere mrimoniũ vt dicit glo.in.d.§.inter bas institu.de nupt.ꝛ glo.xxxv.q.i. in summa.et voluit do.Eard.in.d.c non debet de consang.et affi.naz ip se fuit primus homo et pater noster factus in agro damasceno. vt dicit glo.in.l.assumptio in ver.domiciliũ ff.ad munici.circa mediũ. et fuit ipe hõ datiuus et nõ natiuus ꝺm Bar. in.l.iurisgentiũ.§.i.ff.de pactis:et q si non peccasset fuisset imortalis. vt est text.in.c.placuit de conse.dis.iiij de quo latissime legit in bistoria sco lastica. et posuit Alberi.de rosa. in suo dictionario in ver.adam.sed qz hec nõ est proprie materia nra ideo non insisto super hoc. sed redeundo ad propositũ dico ꝙ nullus põt con trahere cũ trunco.et intelligo truncũ ꝑ stipite a quo alij descẽdũt quicqd dicat Jo.an. i apparatu suo arboris vbi capit truncum pro illa cellula va cua de qua dirimus et iudicio meo non bene. nã si cellula vacua esset qs dubitaret ꝙ non posset cótrahi secũ cum nõ entis nulle sint partes.

Circa sextaz regulam dicas hoc modo. Sunt equidez ꝓmissa gradu cõnubia quinto. Inter transuersos nullaqz lex ꝓhibet. Hec est sexta regula que habet ꝙ collaterales seu transuersales possunt inuicez contra bere matrimoniũ in quinto gradu ꝑ illuz vulgatuz text.in.d.c.non debet. ꝛ in.d.c.fi.de consan.ꝛ affini.ꝛ in.c licz extra de testi.ꝛ i hoc do.auctor recte loquutus est. ꝛ idez voluit Jo. and.in arbore sua in secũda col.post alios cõmentatores idem volentes nemine discrepante. ꝛ idem voluit Bal.in.l.ij.C.de succes.edic.ꝛ bal. in.l.affinitatis.C.coia de succes. Et Specu.in tit.de consang.ꝛ affini.ꝛ domini cano.in.d.c.non dz.ꝛ Bar. in.l.fi.post glo.ibi.ff.de condic.sine cau.ꝛ Bar.in.l.paulus.ff.de sta.ho mi.ꝛ glo.in.l.qui cõtra.C.de incest. nup. in quibus locis ponũt maxime Bar.qd si cõtrahit inter cõiunctos in gradu prohibito et ignoranter an valeat. et an filij ex tali mrimõio oz ti sint legittimi vel non. Tamẽ nota ꝙ licet hodie inter collaterales pro hibitio sit vsqz ad quartũ gradũ.d. c.non debet tñ de eodẽ met iure posi tiuo prius fuit prohibitio vsqz ad se ptimũ vt ibi dicit.sed olim de iur di uino nõ erãt hee prohibitiones imo tempe Ade frater potuit accipe soro rem.et idem fuit post diluuiũ tempe Noe. in leuitico vero fuerunt.xii.p sone ꝓhibite vt habet in.c.litteras extra de restitu.spoli.et in.c.gaude/ mus extra de diuor. sed hodie sta/ mus iuri positiuo de quo in.d.c.nõ debet. Circa septimã regulaz di cas tu. Arboze descriptꝰ truncꝰ non respicit omnes. Cõiunctos ma tris et patris:et proauos. Dec ẽ septima regula qua cõcludit ꝙ trun cus non tenet totaz cõsanguinitatez s.auos pños et maternos.et in hoc d.auctor.recte loquutꝰ ẽ. Et ex hoc apparet ꝙ Jo.and. in apparatu suo in.ij.col.nõ recte loquutꝰ est duz ca piebat truncuz pro illa cellula vacua Nam vt vides truncus capit ꝑ ipo stipite.et ideo etiam dixi supra ꝙ ar bor separatim et distincte faciẽda erat prout ego feci vnaz circa ascẽdẽtes et descendentes ex linea paterna et aliam ex linea materna et in trãsuer salibus omniũ ꝓdictoꝝ. Ex his eni

diuisionibus res dilucidioꝛ reddit̃. vt in. §. sed nō vsqꝫ adeo insti. de lega. ⁊ in. l. i. cuꝫ glo. ff. de doli except. ⁊ ita feci i cōstructōe nostraꝝ arboꝛuꝫ vt infra videbis.

Circa octauaꝫ regulaꝫ dicas tu. Quisqꝫ gradu iunctus poterit cōtra here quinto. Sit licet affinis sanguine iunctus ei. Hec est octaua regula que habet q̄ licet p̄mittat̃ transuersalibus cōtrahere matrimonium in quinto gradu ⁊ non cōmittat̃ pecca tuꝫ tamē omnino sunt consanguinei. ⁊ in hoc dom⁹ auctoꝛ ⁊ ceteri oēs recte loquūtur. nam cōsanguinei dicunt̃ etiā vsqꝫ ad septimū ⁊ vsqꝫ ad decimū gradū. vt habetur in. d. c. postremo de appella. ⁊ per glo. ⁊ Bal. in. l. si femina. ad turpilia. ⁊ in. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdi. om. iudi. ⁊ Bal. in. l. petitionez. C. de aduoc. diuer. iudi. in quibus locis traditur q̄ cōsanguinei dicunt̃ diuersimode p̄m subiectas materias ⁊ supꝛa dixi

Circa nonā regulā dicas tu. Bigamus est abauus proauus sic bigamus ipse. Est auus: ⁊ similis regula quos qꝫ tenet. Hec est nona regula que habet q̄ auus proauus ⁊ abauus sunt bigami. ⁊ ita firmat do. auctoꝛ hic. ⁊ etiā Jo. an. in arboꝛe sua i vltima col. in ver. scire debes ⁊c. vbi tamē nō multū curat de hoc. In quo adde tu Specu. in titu. de dispen. §. iuxta ver. cōtrahit̃ ⁊ ea que habent̃ in titu. de bigamis p̄ totuꝫ. ⁊. xxxvi. dis. per totuꝫ. ⁊. xxxiij. dis. c. si quis In quibus locis tradit̃ triplex speci es bigamie. de qua habet̃ etiā in hystoꝛia scolastica ad quam in hoc me remitto. quia hoc est multū extra terminos nostros. Circa decimam regulaꝫ dicas tu hoc modo. Dimidiuꝫ tantū satis est nouisse figure. Arboꝛis ex illo reliqua tota patet. Hec est decima regula que habet q̄ medietas arboꝛis hodie tātūmodo legitur. qꝛ intellecta dimidia intelligitur ⁊ reliqua cuꝫ sint cōnexe. ⁊ ita cō coꝛdant omēs in hoc in quo nō insto. qꝛ ex descriptōe arboꝛū nostraꝝ infra hec oia clarius apparebūt.

Circa vndecimaꝫ regulaꝫ dicas tu. Est gradus a p̄imo nūer⁹ de stipite surgens. Addit̃ huic alter additur alter ei. Hec est vndecima regula que habet q̄ gradus est quedaꝫ habitudo ideit cōputatio consentanea relata ad p̄imū parentē ⁊ computata ab vtroqꝫ latere addendo p̄sonaꝫ persone ⁊c. ita volunt doctoꝛes cēs de arboꝛe scribentes maxime Joh. de deo ⁊ Jo. an. In quo dicas tu clarius q̄ gradus est numeratio p̄sonaruꝫ cognatiōe vel affinitate cōiuncta rum quoto gradu vna distet ab alia optime iudicans. glo. est in. §. hactenus institu. de gradi. ⁊ habet̃. xxxv. q. v. p̄ totuꝫ. ⁊ in. d. c. non debet. ⁊ in d. l. iurisc̄ōsultus. §. gradus. ⁊ posuit do. Azo. in summa de gradi. circa p̄incipiū. ⁊ Jo. an. in addi. Specul. in tit. de succes. ab intesta. §. i. ver. ⁊ an filij. ⁊ in arboꝛe sua in p̄ia col. in ver. ⁊ est triplex linea ⁊c. ⁊ bar. bal. Paul. de cas. ⁊ cōmuniter alij docē tes in. l. ij. C. de succ. edic. ⁊ bal. ī. c. p̄imo in. §. hoc autez in tit. qui feudare pos. in vsib. feud. ⁊ Paul. de castro ī suo cōsilio ī oꝛdiē meo. clxxvij incipiēte nūquid p̄hibita p̄ testatorem etc. in quibus locis ponūt scribentes quomō cōputet̃ gradus ſm ius canonicū et ciuile. et q̄d ī statutis

ꝛ quid in feudis et in ſucceſſionibus

Preterea do.auctor in hac vnde cima regula poſuit duodecimā et de cimātercia3 et decimāquartā ſimul quia omēs tendunt ad eunde3 fine3 circa computatōem fienda3 a primo parente ſeu ſtipite nō cōnumerando nec cōputando eum . ſed eo excepto dinumerādo alios gradus.et in his dicit verū. et idem firmāt omēs cō mentatores arboris et domini cano niſte in.d.c.quod dilectio. ꝛ in.c.fi. de cōſang.et affini.

Circa decimāquintam regulam mō dicas . Quid canones dicūt no tat hic prior ordine punctus . Sed notat inferior quid ſibi iura velint . hec eſt deciaquinta regula qua dicit ffm cōmentatores ꝙ ideo legales cō computationes ponuntur per pun ctos nigros inferius . et canōice po nuntur p punctos rubeos ſuperius. quia leges ſunt famule decretorum etc . et ita reſidet reuerendus do.au ctor. Sed in hoc iudicio meo ipe po tius ex capite ſuo q̄3 ratōe loquutus eſt. Naz hec ratio ſua truffa eſt et ni hil valet cuz habeam9 canōes nō de dignari ſacras leges imitari in q̄3 pluribus.c.i.de noui ope.nūcia. et.c lege.x.diſti. et in.c.ſi in adiutorium xxxiij.q.ij. Unde dicas tu ita poſſe poni punctos rubeos in computatō ne legali ſicut in canonica . et in hoc non eſt facienda vis. Bene verū eſt ꝙpuncti facti ffm cōputatōz canoni caz debēt depingi in ſuperiori pte cel lularuz ſeu locoruz propter excellen tiam iuris canonici.et puncti ffm cō putationē iuris ciuilis debent depin gi in inferiori pte cellule . et ita dixit Jo.and.in arbore ſua in prīa col. in fine in ver.ponit autem computatio vbi ipſe non facit illaz vim de nigro vel de rubeo. Sed ego etiam in hoc de ponēdo punctos ſupra vel infra nō facio vim prout videbis in cōſti tutōe arboruz noſtraruz.in quib9 de clarabo que ſit computatio iuris ca nonici et que iuris ciuilis nec opus eſt diſputare in hoc de prelatura.nā computatio iuris ciuilis in multis etiā de iure canōico ſeruat̄ et appro batur.ſed in matrimonijs p̄aulet cō putatio iuris canōici. ſed in ſucceſſi onibus et in alijs cōputatio iuris ci uilis ſeruat̄. ita tradit̄ p glo.et ſcri bentes in.d.c.quod dilectio.et in.d c.fi.de cōſang.et affi.et in.d.c.ad ſe dem.xxxv.q.v . et p glo.in.d.l.iuriſ cōſultus in glo.magna in ver.liberi de gradibus.et glo.in.§.hactenus. inſti.eo.ti.et voluit And.de aretio et Jaco.de albertis quos refert et ſeq tur bar.in conſilio.ccxxiiij.incipien te au fratres cōſobrini etc.et Paul. de caſ.in cōſilio.clxxxix. incipiente mater ſubſtituit etc . et Jo.de imola in conſilio in ordine meo.cxiiij.inci piente.in cauſa que vertitur et verſa eſt inter do.Mathēā etc.et per ſcri bentes maxime illuſtrē dominū do. meū Alexā.de imola in.d.l.fi.de ſuc ceſ.edic.licet de predictis mentionē nō faciat. Circa decimāſextā re gulaz dicaſ tu. Tot ciuile gradus ſta tutum dixit adeſſe. Quot ſunt pſone quiſq3 gradumq3 tenet . Dec eſt deciaſexta regula qua docet̄ legalis cōputatio.et dicit̄ ꝙ tot ſunt graduſ quot ſunt pſone.et in hoc do.auctor bene locutus eſt. et poſuit Jo.an.in apparatu ſuo arboris. et idez dicas tu eſſe de iure canōico p̄terquā i ma

teria mr̃imoniali et ſimilib⁹. Nam diuerſimode cõputamus. nam de iure ciuili fratres germani ſunt in ſecũdo gradu. ⁊ fratres patrueles ſeu cõſobrini in quarto ⁊ filij eorũ i ſexto. vt in. §. ij. ⁊ in. §. quarto. ⁊ i. §. ſexto inſtitu. de gradi. ⁊. d. l. iuriſcõſultus §. ſecũdo quarto ⁊ ſexto. ſz de iure canõico fratres ſunt i primo fratres patrueles in ſecundo: ⁊ eorũz filij in tercio. vt in. c. ad ſedem. ⁊ in. c. prio gradu. xxxv. q. v. ⁊ volunt ſcribẽtes in. d. c. quod dilectio. ⁊ in. c. non debet. ⁊ in. c. fi. ⁊ ſcribẽtes in. d. l. fi. de ſucceſ. edic. ⁊ in alijs locis ſupra ꝓ xime ꝑ me allegatis. Tamẽ ſcias ꝙ in cõputatione graduũ aſcendentiũz ⁊ deſcẽdentiũz iura canonica non diſcrepãt a diſpoſitõe legali in aliquo ĩmo eiſdez paſſibus numeris ⁊ menſuris procedunt. vt probaf̃ in iurib⁹ ꝑallegatis. ⁊ iſtud ẽ quod cõtiẽt decia ſeptĩa regula quaz ſtatim ponaz.

Circa deciazſeptimã regulã dicas tu hoc mõ. Cõcordant leges ⁊ iura canõica ſemꝑ. Aſcẽdens quãdo eſt: inferiorq3 grad⁹. Hec ẽ deciaſeptĩa regula que habet ꝙ in linea aſcẽdenti ⁊ inferiori iura canonica ⁊ ciuilia cõcordant. ſed in trãſuerſali diſcordant. ita voluit do. auctor hic ⁊ Jo. and. in arbore ſua in prĩa col. in fine ⁊ Jo. de imo. in dicto cõſilio. cxiiij. incipiente vt ſupra ꝓxime. ⁊ in hoc nẽo diſcrepat. vt hr̃ i. d. c. quod dilectio. ⁊ in. d. c. fi. ⁊ in. d. c. ad ſedez. ⁊ in. d. l. ii. de ſucceſ. edic. vbi alias ordinarie legendo dixi.

Circa decimãoctauã et vltimaz regulã dicas tu hoc mõ. Nubere ꝓ patruo proaui cur filia poſſit. Sz nõ econtra filia propatrui: Queritur: i promptu ratio eſt. quia creſcere trũ co inſpecto nequeũt ſic procedendo gradus. Hec eſt deciaoctaua regula qua querit quare ꝓpatruus poſſit accipere filiaz trunci que eſt ſibi in quinto gradu. et non poteſt truncus accipe filiam propatrui que eſt ſibi in quarto gradu. Et cõcluditur hoc ideo eſſe. quia deſcẽdendo ꝑ lineam tranſuerſalez vſqz ad lineã equalem reſpectu trunci nõ creſcũt gradus. ⁊ in hoc do. auctor recte ſenſit cuz quo in hoc ꝓtranſeo ⁊ condeſcẽdo nunc ad deſcriptiõez arborũ noſtraruz in conſanguinitate tam ꝼm ius canõicum ãqz ciuile. et taz ex ꝑte patris ãqz ex ꝑte matris vbi figuras et gradus ⁊ formaz nouaz circa omĩa predicta pro clariori informatõne addidi ꝓ ut ſtatim videre poteris. Et non mireris ſi in ſupraſcriptis regulis poſui carmina. Nam vt vides do. Jo. de deo tantus ⁊ talis doctor in hijs carmina ipſe etiã fecit: naz hec fiunt pro clariori inſtructiõe legentiũ: pro quibus inſtruẽdis multa tollerãtur que alias non ꝓmitterent. hec dico pro te qui feſtucã vides in oculo alieno: ⁊ non trabem in tuo.

Laus deo clemẽtiſſimo qui nos perducat ꝑ gradus ⁊ per rectaz ſcalam ad ſempiternã gloriã Amen. Ludouicus bologninus vtriuſqz iuris doctor et eques.

Forma noua arboris cõsanguinitatis ſm cõputatõ nem iuris canonici ex latere paterno p prefatum dominuz Ludouicũ bologninũ ad vtilitatez ſtudenti uz. ⁊ dicta in aſcẽdentibus deſcẽdentib⁹ ⁊ tranſuerſa libus maſculis intellige etiaz in feminis.

.vi. Atpatruus.	.v. Atauus.	.vi. Atamita
.v. Abpatruus.	.iiii. Abauus.	.v. Abamita
.iiii. Propatruus.	.iii. Proauus.	.iiii. Proamita
.iii. Patruus magn⁹	.ii. Auus.	.iii. Amita magna.
.ii. Patruus	.i. Pater.	.ii. Amita.
.i. Frater.	.i. Filius.	.i. Soror.
.ii. Fr̃ patruelis.	.ii. Nepos.	.ii. Cõſobrinus.
.iii. Fratris nepos	.iii. Pronepos.	.iii. Sororiſ nepoſ.
.iiii. Fris pronepos.	.iiii. Abnepos.	.iiii. Sororis ,pnepoſ
.v. Fratris abnepos.	.v. Atnepos.	.v. Sororis abnepoſ
.vi. Fratris atnepos	.vi. Trinepos	.vi. Sororiſ atnepoſ

Forma noua arboris cõsanguinitatis ſm cõputatõ nem iuris canonici ex latere materno p prefatum do minũ Ludouicũ bologninũ. ad vtilitatẽ ſtudentiũ: ⁊ di cta in aſcẽdentibus deſcẽdentibus ⁊ tranſuerſalibus maſculis intellige etiam in feminis.

.vi.

Fratauus.

.vi.	.v.	.vi.
Atauunculus.	Atauus	Atmatertera.
.v.	.iiii.	.v.
Abauunculus.	Abauus.	Abmatertera.
iiii.	.iii.	.iiii.
Proauunculus.	Proauus.	Promatertera.
.iii.	.ii.	.iii.
Auũculus magn⁹	Auus.	mattera magna.
.ii.	.i.	.ii.
Auunculus.	mater.	matertera.
.i.	.i.	.i.
Frater.	Filius.	Soror.
.ii.	.ii.	.ii.
Frater patruelis.	Nepos.	Consobrinus.
.iii.	.iii.	.iii.
Fratris nepos.	Pronepos.	Sororis nepos.
.iiii.	.iiii.	.iiii.
Fris pronepos.	Abnepos.	Sororis pnepos.
.v.	.v.	.v.
Fratris abnepos.	Atnepos.	Sororis abnepos.
vi.	.vi.	.vi.
Fratris atnepos.	Trinepos.	Sororis atnepo

Forma noua arboris cõsanguinitatis ẽm computatio nem iuris ciuilis ex latere paterno per prefatum do minũ Ludouicũ bolognĩnũ. ad vtilitatẽ studentiũ. ꝛ dicta in ascẽdentibus descẽdentibus ꝛ transuersalibus masculis intellige etiam in feminis.



Forma noua arboris cõsanguinitatis ꝑm cõputatõ nem iuris ciuilis ex latere materno per prefatum do minũ Ludouicũ bologninũ. ad vtilitatẽ studentiũ. ꝛ dicta in ascẽdentibus descẽdentibus ꝛ transuersalibus masculis intellige etiam in feminis.

.vi.
Tritauus.

.vii.	.v.	.vii.
Atmatertera.	Attauus	Atauunculus.
.vi.	.iiii.	.vi.
Abmatertera.	Abauus.	Abauunculus.
.v.	.iii.	.v.
Promatertera.	Proauus.	Proauunculus.
.iiii.	.ii.	.iiii.
mattera magna.	Auus.	Auũculus magn9
.iii.	.i.	.iii.
matertera.	Pater.	Auunculus.
.ii.	.i.	.ii.
Soror	Filius.	Frater.
.iii.	.ii.	.iii.
Sororis filius.	Nepos.	Fratris filius
.iiii.	.iii.	.iiii.
Sororis nepos.	Pronepos.	Fratris nepos
.v.	.iiii.	.v.
Sororis ꝓnepos.	Abnepos.	Fratris pronepos.
.vi.	.v.	.vi.
Sororis abnepos	Atnepos.	Fratris abnepos.
.vii.	.vi.	.vii.
Sororis atnepos	Trinepos.	Fratris atnepos

